

XXXV  
CONGRESO EUCARISTICO INTERNACIONAL

BARCELONA 1952  
COMISION DOCTRINAL

12 MAR. 1952

Excellentissime Domine:

Apud doctrinalem XXXV Eucharistici Congressus Commissionem, honori ducitur iterum V.E. certiolem facere de momento constanter adaugenti doctrinalis sectionis conventus in honorem Sanctissimi Sacramenti Deo volente congregaturi Barcinone a 27 maii usque ad 1 junii labentis anni.

Huius Commissionis munus, diversis sectionibus diversos catholicae doctrinae aspectus respicientibus commendatum est, studendi extollendique causa centrale thema Congressus: "Eucharistia et Pax" adeo hodiernum necnon in Summi Pontificis corde.

Studiorum Sessiones quotidie mane erunt omnes Barcinonensi Universitate, ad laborem nostrum studii et apologiae Jesus-Christi, Principis Pacis, in Sanctissimo Sacramento, cessa prorsusque parata.

Professorum scriptorumque Hispaniae necnon quamplurimarum nationum, participatio magnifica eveniet, testimoniis illorum datis huic Doctrinali Commissioni. Omnia coadunantur ut studiorum copia, alta perdoctaque evadat et scientificae ordinandum explicandumque thema Congressus esse videatur. Sub hoc doctrinali respectu, Congressum, Deo favente, praestaturum reliquis omnibus antea peractis, jam nunc affirmari quidem potest.

V.E. nuntia communicationum magni valoris quamplurium professorum catholicarum Universitatum necnon Superiorum Academia- rum Studiorum deferre possemus, tum quoad ecclesisticum tum quoad civilem ordinem attinet. Etiam jam hodie Universitates sunt multae quae inter professores ad participandum in Studiorum Sessionibus selectos, specialem aliquem legatum eligere ita ut Congressus praestantia honorque augeatur et speciatim huius Doctrinalis Commissionis opus roboretur.

Proinde Excmi. Episcopi Barcinonensis nomine, honore affici- mur V.E. deferre, illum grato animo acceptaturum Insignis Univer- sitatis vestrae doctrinalem contributionem per aliquod saltem studium seu "Communicationem" unius vel plurium professorum, me- liusque etiam -si possibile fuerit- legationem ad nutum V.E. magis congruum. Praemittimus, officialis legati huius almae Uni- versitatis vestrae expensas eius mansionis et victus solutas a Congressu esse, dummodo sufficienti tempore participatio eius ag- noscatur.

Fidentes nostra desideria benigne accipienda certioresque nos de eo facturos statim ac penes V.E. sit, obsequium sevitutis nos- trae dum Deo vota persolvimus admittere velis.



*Quirico Estop*

Quirico Estop, Pbro.  
Secretario

*Bern. ac Admo. Mons. Carlos Casanueva, Rector Univ. Cat. de Chile -  
Santiago.*